1450 18 maggio

Lodi

FRANCISCUS SFORTIA Vicecomes Dux Mediolani etc. Papie Anglerie que Comes ac Cremone dominus. Quoniam divino numine ad summum huius nostre
ducalis dignitatis fastigium erecti sumus Ingrati profecto videremur, nisi sacris edibus et personis divino cultui dedicatis, hoc dei donum
impartiremur. Sane ex inspectione privilegiorum concessorum Monasterio, dominabus Abbatisse Sororibus et Monialibus Sancte Marie
Annuntiate ordinis Sancte Clare Papiensis per Illustrissimum quondam dominum Johannemgaleaz Comitem Virtutum ducem Mediolani
sub dato Papie die duodecimo Novembris Millesimo trecentesimo vigesimo septimo xii Indictione Signatum Antonius. et Illustrissimum quondam dominum Fi-
lippummariam Anglum ducem similiter Mediolani patrem nostrum honorandissimum. sub dato Papie Millesimo quadringentesimo quarto
xii Indictione et signatum Johannes et similiter sub dato Papie Millesimo quadringentesimo quartodecimo Indictione vii et Signatum Conradinus: que
fuerint ipsi Domini religiosissimi, cum prefatis Monasterium [...] Abbatissam et Sorores et Moniales et ipsarum res possessiones et bona
tunc acquisita et imposterum acquirenda sub eorum protectione receperunt, decreverunt que ut Monasterium ipsum eiusque possessiones res
et bona tam tunc presentia quam futura, eiusdem que Monasterii factores et administratores, et obsequium suum dicto Monasterio quomodolibet impartientes
utriusque sexus, eorum que Massarios et Colonos ubicumque sub eorum tunc dominio existentes sint et sit immunes ut immune ab omnibus oneribus
ordinariis ut extraordinariis realibus et personalibus seu mixtis, impositionibus taleis collectis toloneis, et ab omnibus et quibuscumque aliis
factionibus oneribus et muneribus tam sordidis quam honestis cuiuscumque generis et qualitatis nominis existant et nuncupentur liberi franchi
immunes et exempti perpetuo existerent: prout in prefatis privilegiis seriosius continetur, que hic pro expressis ex certa scientia et de nostre plenitudine
potestatis haberi volumus, ac si de verbo ad verbum facta esset de ipsis mentio specialis. Quare ob reverentiam ac sinceram devotionem quam gerimus
gloriose virgini marie dei genitrici ac sancte Clare volumus ipsum Monasterium Abbatissam et Sorores et Moniales, ipsarumque res possessiones
et bona quas nunc habent et infuturum habebunt sub nostra protectione gubernari, ac eorum factores administratores et Massarii et Coloni
ubicumque sub nostro dominio existentes eodem gratie privilegio sub nobis gaudeant, quo tempore Illustrissimi quondam domini patris nostri prelibati vigore
predictarum litterarum gavisi fuerint harum tenore gratiam immunitatem et exemptionem de qua de qua in dictis privilegiis fit mentio in omnibus
et per omnia sicut iacent ad litteram confirmamus, et denovo etiam respectu ecclesiastice libertatis ex certa scientia approbamus et concedimus
etiam de nostre plenitudine potestatis. Mandantes omnibus et singulis Officialibus et Jusdicentibus nostris ac Comunitati nostre Civitatis predicte
et ceteris Subditis nostris ad quos spectat, quatenus has nostras confirmationis et concessionis litteras firmiter observent et sine ulla
contradictione ab omnibus observari faciant. Datum In Civitate nostra Laude sub fide nostri sigilli die xxviii Maii MCCCCL Indictione xiii.

V. Z. R[...] [...]

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 7 (3)

Angelus de Reate. II. doc.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800883609-11/fragment/page=0001

RANCISCVS FORTIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800883609-11/fragment/page=0002

1450 18 maggio
Lodi

FRANCISCUS SFORTIA Vicecomes Dux Mediolani etc. Papie Anglerieque Comes ac Cremone dominus. Quoniam divino numine ad summum huius nostre ducalis dignitatis fastigium erecti sumus Ingrati profecto videremur, nisi sacris edibus et personis divino cultui dedicatis, hoc dei donum impartiremur. Sane ex inspectione privilegiorum concessorum Monasterio, dominabus Abbatisse Sororibus et Monialibus Sancte Marie Annuntiate ordinis Sancte Clare Papien per Illustrissimum quondam dominum Johannemgaleaz Comitem Virtutum ducem Mediolani sub dato Papie die duodecimo Novembris Millo trecentesimo vigesimo septimo xv Indictione Signatum Antonius et Illustrissimum quondam dominum Filippummariam Anglum ducem similiter Mediolani patrem nostrum honorandissimum sub dato Papie Millo quadringentesimo quarto xii Indictione et signatum Johannes et similiter sub dato Papie Millo quadringentesimo quartodecimo Indictione vii et Signatum Conradinus: qui fuerint ipsi Principes religiosissimi, cum prefatas Monasterium Abbatissam Sorores et Moniales et ipsarum res possessiones et bona tunc acquisita et imposterum acquirenda sub eorum protectione susceperunt, decreverunt que ut Monasterium ipsum eiusque possessiones res et bona tam tunc presentia quam futura, eiusdemque Monasterii factores et administratores, et obsequium suum dicto Monasterio quomodolibet impartientes utriusque sexus, eorumque Massarios et Colonos ubicumque sub eorum tunc dominio existentes sint et sit immunes ut immune ab omnibus oneribus ordinariis et extraordinariis realibus et personalibus seu mixtis, impositionibus taleis collectis toloneis, et ab omnibus et quibuscumque aliis factionibus oneribus et muneribus tam sordidis quam honestis cuiuscumque generis et qualiscumque nominis existant et nuncupentur liberi franchi immunes et exempti perpetuo existerent: prout in prefatis privilegiis seriosius continetur, que hic pro expressis ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis haberi volumus, ac si de verbo ad verbum facta esset de ipsis mentio specialis. Quare ob reverentiam ac sinceram devotionem quam gerimus gloriose virgini marie dei genitrici ac Sancte Clare volumus ipsum Monasterium Abbatissam Sorores et Moniales, ipsarumque res possessiones et bona quas nunc habent et infuturum habebunt sub nostra protectione gubernari, ac eorum factores administratores Massarii et Coloni ubicumque sub nostro dominio existentes eodem gratie privilegio sub nobis gaudeant, quo tempore Illustrissimi quondam domini patris nostri prelibati vigore predictarum litterarum gavisi fuerint harum tenore graciam immunitatem et exemptionem de qua de qua in dictis privilegiis fit mentio in omnibus et per omnia sicut iacent ad litteram confirmamus, et de novo etiam respectu ecclesiastice libertatis ex certa scientia approbamus et concedimus etiam de nostre plenitudine potestatis. Mandantes omnibus et singulis Officialibus et Iusdicentibus nostris ac Comuni nostre Civitatis predicte et ceteris Subditis nostris ad quos spectat, quatenus has nostras confirmationis et concessionis litteras firmiter observent et sine ulla contradictione ab omnibus observari faciant. Datum In Civitate nostra Laude sub fide nostri sigilli die xxviii Maii Mcccc°l° Indictione xiii.

V. z. R. sor. gnat.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 7 (3)

Angelo & Reate 11. dec

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800883609-11/fragment/page=0003